



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Epistola Alexandri III. qua confirmat superiores Honorij II. litteras.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

296 Epistolarum Innocentij III.

tandem nullus apparuit idoneus responsalis qui partem defensaret adversam, licet postmodum quidam simplex nuntius super hoc prædictorum Parisiensis Episcopi & Latinaciensis Abbatis litteras presentasset, privilegium apostolicæ sedis Ecclesiæ Iotrensi concessum duximus innovandum, ita tamen ut per innovationem ipsius eidem Ecclesiæ nihil juris plus accrescat quam per privilegia predecessorum nostrorum obtinuit, cum per hoc novum ei non concedere sed antiquum jus conserveare velimus.

*EPISTOLA ALEXANDRI III. DE
subiectione monasteriorum Reibacensis & Iotrensis.*

Honorius Episcopus servus servorum Dei venerabilis fratri Butcardo Meldensi Episcopo ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. In eminenti apostolicae sedis specula disponente Domino constituti, ex injuncta nobis officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesiæ sibi à Deo commissi suam debemus justitiam conservare. Proinde, carissime in Christo frater Butcardus Episcope Meldensis Ecclesiæ, cuius à Deo tibi cura commissa est, salubriter statuimus ut omnes tam Clerici quam laici in villa Reibacensi & Iotrensi commorantes Meldensi Ecclesiæ jure parochiali subjaceant, & ea qua de eis ad jus parochiale pertinet, tibi tuisque successoribus libera & illibata serventur. Decernimus etiam ut Abbas Reibacensis & Iotrensis Abbatissam canonicam tibi tuisque successoribus obedientiam perfolvant. Benedictio quoque eorum, sicut per tuos antecessores haec tenus celebrata confiterit, sit per te tuisque successores deinceps exhibetur. Promotions etiam monachorum ad ecclesia-

sticos ordines per Meldensem administrantem Episcopum, si videlicet gratis eas sine pravitate voluerit exhibere & gratiam apostolicæ sedis habuerit. Si quis autem, quod abit, hinc nostro decreto sciens contrarie tentaverit, honoris & officij sui periculum patiatur, nisi presumptio nem suam digna satisfactione correxerit. Datum Laterani x vii. Kal. Maij.

*EPISTOLA ALEXANDRI III.
qua confirmat superioris Honori II. litteras.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Stephano Meldensi Episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti apostolicae sedis specula &c. ut in illa Honori usque. Proinde, carissime in Christo frater Stephane Meldensis Ecclesiæ, cuius à Deo tibi cura commissa est, salubriter provideatis, ad exemplar sanctæ recordationis patris & prædecessoris nostri Honori Papæ statuimus ut omnes tam clericis quam laici in villa Reibacensi & Iotrensi commanentes Meldensi Ecclesiæ jure parochiali subjaceant &c. ut in illa Honori usque. Si quis autem contrahanc nostra constitutionis paginam venire presumperit, secundò tertio commonitus nili temeritatem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate caret, & à sacrificissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Conservantibus autem hæc sit pax Domini nostri Iesu Christi; quantum & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud supremum judicem gaudia æterna pacis inveneriant. Amen. Data Turois anno MCCLXIII.

FINIS LIBRI VNDICIMI.

